

tinctus, seriò cogitarem: deq; causis illius vehe-
menter sollicitus essem.

Sic namq; statuebam, honestum esse, ut casus
insperatus, horrendus, imò prorsus monstruosus,
cujus rumore non solum uniuersa personasset
Argentinesium Politia, & tota quasi attonita
esset facta: verum etiam vicina regiones percul-
sa, altiùs perpenderetur: presertim cum audi-
rem, varia passim spargi iudicia: nullumq; exta-
re, quantum vis somnolentum aliàs naturalium
rerum spectatorem, qui non desiderio flagraret
ardentissima intelligendi ea, qua circa casum
huncce, stuporis & admirationis plenissimum,
contigissent.

Arbitrabar esse iucundum: ut in causas dili-
gentiùs inquireretur eorum, qua prodigiosè, ac
contra consuetum natura cursum humano in
corpore fiunt: & inquisita tum Medicina, tum
aliarum Facultatum studiosis communicaren-
tur: quò aliorum sententias explorare esset inte-
grum: ipsaq; tandem veritas elucesceret.

Deniq; utile ac necessarium esse ducebam, o-
mnes ingenij nervos intendere, ut affectus opti-
mi Adolescentis, quantum quidem artificiosis
assequi conjecturis liceret, plenius cognosceretur:
quò cognita illius natura atq; causa, aliorum ho-
minum